

N. 40.

A. D. 1313

(11 maggio; Indiz. XI)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Gualterius de benedicto not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,54; larg. m. 0,33.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	Il capitolo di S. Maria de Episcopio, dovendo ereditare una porzione dei beni di Ugo de Anna, aveva trovato ostacolo negli eredi, i quali in forza del <i>beneficio Senatus Consulti Trebelliani</i> pretendevano la quarta loro spettante. Il capitolo ad evitare una causa si contenta di esigere dagli eredi solo 18 once d'oro.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iehsu Christi Millesimo Trecentesimo Terciodecimo. Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum eius anno Quinto Mense Madii undecimo die eiusdem undecime Indictionis apud Barolum. Nos Nicolaus cavasaccus. Et Benedictus de Galiano. Regales Baroli Iudices Gualterius de Benedicto puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti liciterati *etc.* (*Si presentarono al giudice i due Cantori — come nella pergamena del 13 maggio 1313 — procuratori dell'Arciprete Palmerio, e gli esecutori testamentari, riportati anche in quel documento, tra cui vi era pure un Petrus de anna*).

Post diversas altercationes et discordias ortas inter predictum petrum de anna pro se. et dictum Galganum de comestabulo pro parte philippe uxoris sue et eandem philippam; et clericos ipsos procuratorio nomine et pro parte dicti Archipresbiteri et eiusdem capituli et eiusdem ecclesie. habitas, super eo videlicet, quod dicti petrus pro se. et dictus galganus pro parte dicte philippe. et eadem philippa ut frater et soror dicti qd. hugonis, petebant habere in Bonis legatis dicte Maioris ecclesie Sancte Marie de Episcopio de Barolo per predictum qd. hugonem fratrem ipsorum et philippe quartam partem Bonorum ipsorum, eis competentem (*ripetizione*) ex beneficio senatus consulti Trebelliani. Dictis clericis q. s. asserentibus ex adverso, dictos petrum et philippam pro parte Multas vanas et diversas rationes et leges. quartam ipsorum Bonorum minime habere debere. Tandem inter ipsos clericos *etc.* et eosdem petrum pro se. et dictum galganum pro parte dicte philippe uxoris sue. et eandem philippam. Amicorum communi interveniente tractatu in nostri presentia deventum est ad concordiam infrascriptam, videlicet quod dicti clerici *etc.* consentientes in nos *etc.* causa dignitatis ecclesiastice *etc.* voluntarie *etc.* et per guadium ex causa transactionis et concordie convenerunt et promiserunt dictis petro et philippe fratri et sorori dicti qd. hugonis dare tradere et assignare eis in Bonis et de Bonis que fuerunt qd. dicti hugonis fratris eorum relictis seu legatis eidem Maiori ecclesie Sancte Marie de episcopio de Barolo ad valorem unciarum decem et octo iuxta extimationem proborum virorum in talibus expertorum. unius videlicet eligendi per clericos ipsos. et alterius eligendi per predictos petrum et philippam. Philippa Mulier a nobis iudicibus legaliter inquisita *etc.* consensu quoque dicti Galgani de comestabulo viri sui. Consensu etiam Angeli. Andree. Stephani. Antonii. et Bartho-